UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de**
**Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Pœnitentiæ virt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

peccatorum cuiuſcumque ſpeciei in particulari reminiſci, quoad effectum dolendi. cap.1.num.25. Sed ſic quoad effectum confitendi ea per ſpecies, circumſtantias,& numeros.ibid.

Non quotieſcumque pœnitens confitetur ſua peccata,deteſtatur illa virtualiter vel formaliter. ſtat enim quòd confiteatur ſine legitimo dolore.num.41.Nou.num.48.

Quando pœnitens non poteſt confiteri circumſtantiā peccati ſine infamia ſui complicis, debet procurare alium confeſſorem. Hæc tamen non eſt ſufficiens cauſa confitendi alieno confeſſori : & minùs ad communicandum ſine præuia confeſſione.cap. 7.num.5.6.

Non eſt ſufficiens cauſa confitendi alieno Sacerdoti,quòd parochus habebit maiorem ſollicitudinem de illo, & minorem æſtimationem. Nec pudor eſt ſufficiens,niſi ſit adeo magnus, & pœnitens conſtituatur in periculo tacendi aliquod peccatum. numer.9.

POENITENTIÆ virtus generaliter *eſt nolle facere, aut feciſſe, aliquid iam à ſe factum* : & fit vel ſine dolore vt in Beatis, qui pœnitent de peccatis abſque dolore : vel cum dolore,vt in viatoribus. Præl.10.nu.1. c.1.num.2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semper fuit neceſſaria ad ſalutem his qui peccauerunt mortaliter, vt declarauit Trid. Præl.10.num.2.3.

Et iure naturæ eſt neceſſaria vt medium cap.1.num.28.

---

## *POENITENTIÆ Sacramentum.*

A POEnitentia propriè ſignificat pœnitentiæ virtutem, transfertur tamen ad ſignificandum Sacramentum pœnitentiæ, & pœnam à confeſſario impoſitam. Præl.10.n.

Pœnitentia ergo eſt *Sacramentum abſolutionis, quo Sacerdos ſibi confitentem ritè & legitimè, abſoluit*. cap.22.num.11.

Eius forma eſt, *Ego te abſoluo*, quaſi materia ſunt tres actus pœnitentis, Contritio, Confeſſio, Satisfactio. Præl.10. num.4. & cap.22.num.11.

Incepit à paſſione Chriſti. Præl.10.nu.13. Nou.num.4.

Ad Baptiſmum & Pœnitentiam requiritur dolor propter Deũ, & non quiuis alius. Et baptizandi, ſunt inducendi ad hunc dolorem: & errant qui baptizant Indos ſine tali dolore, qui cenſeatur contritio; & multò magis qui baptizant eos, eò ſolùm, quod

petunt